

6092 imp. Cae[s.] Vespasianus Aug. pon|tifex maximus, tribuniciae | potestatis VIII, imp. XIIIX, consul | VIII¹, p. p., salutem dicit IIIviris et | decurionibus Saborenium². | Cum multis difficultatibus infirmitatem vestram premi indicetis, per|mitto vobis, oppidum sub nomine meo, ut | voltis, in planum extruere³. Vectigalia, quae ab divo Aug. accepisse dici|tis, custodio; si qua nova adicere vol|tis, de his procos. adire debebitis, ego | enim nullo respondente constituere nil possum. Decretum vestrum | accepi VIII ka[L.] August. Legatos dimisi IIII. ka[l.] easdem. Valete. | IIviri C. Cornelius Severus et M. Septimius Severus publica pecunia in aere | inciderunt.

Cañete la Real (intra Malagam et Sevillam) saec. XVI reperta, lamina aenea (II 1423 cf. p. 867 fortasse semel tantum descripta). — 1) A. 78 (post kal. Iul.). — 2) Sabora memoratur apud Plinium h. n. 3, 12. — 3) Permittitur Saborenibus, ut oppidum, quod paullo ante cum reliqua Hispania ius Latii acceperat, Flavium appellaretur et ex monte in situm planum commodioremque transferretur (Momms.).

Tesserae et tabulae patronatus.

6093 [consc]riptes cose.¹ T.² Fa [prafecti | et p]raifectura tot[a Fundi hospitium] | fecere quom Ti. C, | [i]n eius fidem om[nes nos tradimus et] | covenumis³, co[ptamus eum patronum], | M. Claudio M. f.⁴ [cos.]

Piscis aenei fragmentum, Fundis dicebatur rep., postea fuit Agnone in Samnio: inscriptio legitur in parte aversa plana (1532. X 6234 vidit Mommsen; Ritschl tab. II K). De tesseris his antiquissimis cf. Mommsen C. I. L. I l. c. — 1) Consensu. — 2) Littera non omnino certa. — 3) Convenimus. — 4) Consules ita appellati cum multi fuerint saeculo a. u. c. sexto (a. 532, 539, 540, 544, 546, 558, 571, 588, 599, item a. 602), horum annorum uni haec tessera erit adtribuenda (post annum 602 nemo fuit huius nominis consul usque ad a. 703).

Similis tessera hospitalis, eiusdemque fere aetatis, videtur fuisse piscis aeneus, in cuius parte aversa plana legitur A. Hostilius A. f. | Mancin. (X 8072, 12 Neapoli vidit Dressel). — Monumenta huius generis argumenti mere privati, alterum repreäsentans caput arietis dimidiatum rep. in Marsis Notizie degli scavi 1893 p. 87, alterum dextras duas iunctas exhibens rep. in Hispania II S. 3762, hoc loco indicasse sufficit.

6094 C. Pomponiu[s] | hospitium tesseram [hospitalem quom] | s[e]natu populoque Cur[ubitano?] [fecit eidemque] | eius studio beneficieis [devincti publice] | preivativique C. Pompon[ium] [posterosque] | eius patronum sibei po[sterisq. sueis coptaverunt] . . . | quom hospitale tessera | Himilconis f., Zentuc | sufetes. Muthulinim Hi | Milcatonis f. (*alia nomina complura mutila*). | Act. a. d. VI k. Mai. C. Caesar[e]¹ . . .

Tunete Parisios missa, tabula aenea (VIII 40525 ad imaginem editam in actis académiae Parisiacae a. 1809, cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 862). — 1) Significatur unus ex consulatibus C. Caesaris dictatoris (a. u. c. 695, 706, 708, 709).